UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De regno diaboli quod suis victoriis co[n]secutus est, à quo pulsus per Christum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Visual Library

CAP. 9.

De regno diaboli quod ſuis victoriis conſecutus eſt à quo pulſus per Chriſtum.

POſtquàm autem Michael nactus eſt victoriam cum ſuis aduerſus Satanam, ſuſcipiens cauſam Chriſti, cũ adhuc illa angelica eccleſia eſſet viatrix & militans, donatus eſt principatu ſuper reliquos angelos. Vnde dicitur archangelus. 1. ad Theſ. 4. & Iudæ cap. vnic. præcipuè verò ſuper angelos adminiſtratores eccleſiæ Dei, cuius eſt princeps & πρόμαχος Dan. 10. & 12. pro qua aſſiduè certat cum illa militia cœleſti quæ exercitus Dei vocatur. Ideo dicitur Dominus Deus Sabaoth. Eſa. 1. & 5. Hierem. 11. & Iacobi 5. Hos angelos Michael regit, non ſuis legibus, ſed Dei legibus (inquam) charitatis, quæ docent diligere Deũ & totis conatibus promouere eius gloriam, vt ille & cognoſcatur & adoretur. Idcircò per eos data lex, ad Galat. 3. factæ reuelationes, & miracula per quos etiamnum proteguntur, præcipuè prædicatores verbi Dei, vt patet in prophetis,

1.Theſ. 4.
Iudæ, cap. vnic.
Daniel. 10. & 12.
Id eſt exercituum.
Eſa.1. & 5. Hiere.11. Iacob.5.
Galat.3,

apoſtolis, aliiſque euangelizantibus ver- 3.Reg.19.
bū Dei. Prætereà lege charitatis ad pro- 4.Regū 6.
ximum, vt per eos deducantur homines Actuū 5.8.
ad ſalutem illorum protectione, illumi- & 12.
natione,& victoria de hoſtibus malignis.
hinc Luc. 15. gaudium eſt angelis ſuper Luc.15.
vno peccatore pœnitentiam agente. Ex-
pende cum quanta lætitia deducunt la-
zarum ad ſinum & quietis & conſolatio-
nis.Luc. 16. Omnes etiam qui vicerunt Luc.16.
cum Michaele, dominantur ſpiritibus
nequam, ceu captiuis eorum. 2. Petri 2. 2. Petr.2.
A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus
eſt. Vnde minimus angelus beatus, plus
poteſt quàm omnes angeli nequam. At
quemadmodum Michael factus eſt prin
ceps angelorum bonorū, ſic primus an-
gelus nequam & Satan, princeps eorum Luc. 11.
qui ſibi adhæſerunt. Vnde Lu. 11. In Bel-
zebub principe dæmoniorum eijcit dæ-
monia de cuius principatu Eph.2.& 6.in- Epheſ. 2.
de dicitur Pluto,& princeps inferni.Non & 6.
fuit ei ſatis angelis dominari, quinimo
molitus eſt dominari mundo. Vnde di-
citur princeps mundi. Ioan. 12. 14. & 16.
& deus huius ſæculi. 2.ad Corint. 4. non 2. Cor.4.
creatione, vt ſomniat Manichęus, ſed per-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mittente Deo, captiuans enim primum hominem, qui erat rex & princeps huius mundi. Gene.1. ſubiicite, terram & dominamini, & Pſal.8. gloria & honore coronaſti eum, & cōſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Vnde per eam victoriam factus eſt princeps & Adæ, & ſuorū. 2. Pet. 2. à quo qui ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Idem Rom.5. & 6. vltra autem illam inſignem victoriam cōtra primum hominem conatus eſt tribus exercitibus totum ſubiicere mundum de quibus primæ Ioannis 2. Omne quod eſt in mūdo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. Primus exercitus dicitur manmon, id eſt auaritia. Matth.6. ſecūdus Azazel, de quo Leuit.16. vbi nos habemus caper emiſſarius, per quem notatur ſuperbia. Tertius Aſmodęus de quo Tob.3. per quem luxuria, deduxerat etiā mundum, ad idololatriam, Rom.1. & Sapient.14. per quam honorem ſibi arrogarat diuinum, cogebat homines ad immolādum ei filios ſuos, ex Euſebio & Pſ.105. & Ezech.16. Plurimæ etiam ciuitates immolabant homines idolis, vt Rhodij. Itē apud Salaminam & Heliopolim: ex Eu-

Gene.1. Pſal 8. 2. Petr.2. Ro.5. & 6. 1. Ioan.2. Matth.6. Leuit.16. Tob.3. Rom.1. Sapient.14. Euſeb. & Pſal.105. & Exec.18.

ſebio & Maineto Ægyptio hiſtorico . Iti-
dē fiebat in innumeris locis, ex Dionyſio
halicarnaſſeo & Diodoro Siculo. Quod *Diadorus.*
etiam fiebat in noua hiſpania ante rece-
ptum euangelium ab hinc 40. annos. ſed
cum omnis princeps debeat ſuas habere
leges , quibus cōtineat populum ſibi ſub-
ditum , habet diabolus legem carnis , de
qua Rom.7.& ad Galat.5.Nam vt lex quę *Rom.7.*
eſt gratia, agit filios Dei, Ro.8. ſic ille im- *Galat.5.*
petus ſenſus carnis filios diaboli. Idque *Rom.8.*
ex iuſtitia Dei , vt ſint ſimiles iumentis.
Pſal. 48. qui voluerunt eſſe ſimiles Deo, *Pſal.48.*
Gene.3. Illa lex pugnat cum lege ſpiritus *Gene.3.*
Rom.7. ad Gal.5. quæ dicitur lex carnis, *Rom.7. Gala.5.*
lex mēbrorum ,lex peccati cōtraria Deo *Rom.6.*
eiúſque legi , cuius ſtipendiū mors. Ro.6.
Deus enim per ſuam legem quęrit fidem,
& obedientiam ſed lex diaboli diffiden-
tiam & rebellionem ſub ea lege concipi-
mur , naſcimur , viuimus, donec regene-
remur , Rom.7. Quis me liberabit à cor- *Rom.7.*
pore mortis huius ? gratia Dei per Domi- *& 8.*
num noſtrum Ieſum Chriſtum. & 8. Lex
ſpiritus vitæ liberauit me à lege peccati.
Protoparentes dono iuſtitiæ poterāt co-
gnoſcere Deum & ſeruare legem , erant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deo obedientes, & illis omnia ſubiecta
Luc. 3. vt filiis Dei. Nam, Luc. 3. de Adam dicitur
qui fuit Dei, ſcilicet filius ſed relicto Dei
mandato, diabolus princeps tenebrarum
offudit tenebras obſcuriſſimæ notitiæ
Dei, quod patuit in Cayn negante proui-
dentiam Dei. Iudicium aliud ſæculum,
&c. vt patuit ſuprà. En percuſſio in intel-
lectu. In voluntate autem loco charitatis
Dei percuſſus eſt amore ſui, & rerum
mũdi à lege Dei pertractus eſt ad legem
concupiſcentiæ vnde ſecuta rebellio in
ſenſu carnis contra voluntatem & inobe
Sapient. 5. dietiam omniũ creaturarũ. Sap. 5. Arma-
uit omnẽ creaturam in vltionẽ inimico-
Rom. 5. & 6. rũ. Vitę immortali ſucceſſit mors. Ro. 5. &
1. Cor. 15. 6. 1. ad Cor. 15. amori ſucceſſit timor nõ fi-
lialis ſed ſeruilis quodam odio coniun-
ctus, vice fidei dubitatio de Deo eius
prouidentia miſericordia & iuſtitia. Illud
regnum diaboli latiſſimè patet munitum
potentia. Imperatorum regum, &c. ſa-
pientia philoſophorũ, poetarum, orato-
rum longè plures habens quam regnum
Matth. 20 Dei. Matth. 20. Multi ſunt vocati, pauci
Matth. 7. ſunt electi. & 7. lata eſt via quæ ducit ad
perditionẽ & multi ſunt qui ingrediun-
tur per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur per illam. Vide tempore Iſraelis prophetarum Apoſtolorum, &c. Vnde Auguſtinus de vero cultu, Credo tres partes mundi fore damnandas. Illud tamen regnum nō conſtat hominibus liberis, ſed extremæ ſeruitutis: de qua fuſiſſimè ſequenti capitulo.

De miſera hominis ſeruitute ſub regno & tyrannide diaboli. CAP. IO

TAntum eſt bonum libertatis & ineſtimabile, vt multi prętulerint vitæ propriæ. Vnde ex Oroſio lib. 4. regina Carthaginis cum præcipuis ſpōte proſiliit in ignem, ne fieret captiua Romanorū. Hæc fuit præcipuè cauſa quòd ſtrenuè & indefeſſè certauerint Romani non parcentes neque laboribus, neq; vitæ ex Auguſt. de Ciuit. &c. Cicero & Iuriſconſulti arbitrātur poſtremum omnium malorum ſeruitutem, quam comparant morti. Illā fugiunt animalia, aues, & quicquid habet vitam. Vide Gen. 15. quādo reuelata ſeruitus Ægyptiaca Abrahæ qualis eum horror inuaſerit. quot clamores illius populi in illa dura captiuita-

Auguſt. de ciuit. Dei.
Cic. 2. philippic. & de Nat. Deor.
Iuriſcon. in l. ſeruitutem ff. de reg. Iur.
Gen. 15.